



Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 47. Richerii liber de Ecclesiastica, & Politica potestate.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67313)

Sæc. XVII. tem contemptum tandem Cæsar armis
 A. C. 1612. vindicare cogebar, immisso Spinola,
 qui Mulhemum die vigesima quinta Au-
 gusti occupabat, vallis, ac munitioni-
 bus solo æquatis, novisque ædibus per
 opifices destructis, uti postea memora-
 bimus.

§. XLVII.

*Richerii liber de Ecclesiastica, & Po-
 litica Potestate.*

Nec interea Gallia ac præcipue Sor-
 bona a turbis quieverat; cum e-
 nim Nicolaus Verdunus recens electus
 Regii Senatus Præses Richerium Fa-
 cultatis Theologicæ Syndicum magnis
 deprædicaret elogiis, quod nuper ad-
 versus Dominicanorum theses infallibili-
 lem Papæ auctoritatem tanto studio
 deprimere conatus fuerit, exinde hic
 idem ad majora audenda haud parum
 animabatur; nec deerat occasio sat
 opportune ab eodem Præside oblata;
 hic enim Richerium rogabat, ut cun-
 cta, quæ die vigesima septima Maji in
 præfata disputatione gesta fuissent, ad
 acta referret, simulque de Ecclesiæ Galli-
 canæ libertatibus exactam notitiam &
 doctrinam sibi tanquam Regiæ Curiæ Ca-
 piti oppido necessariam, atque Ecclesiæ &
 Regno per quam utilem tradere, ac pro
 ejus

ejus instru^ctione scriptotenus hoc ar- Sæc. XVII.
gumentum diducere vellet. Huic pe- A.C. 1612.
tito Richerius, ut morem gereret, li-
brum, cui titulus: *de Ecclesiastica & Politica Potestate conscripsit*, eo faci-
liori labore, quo pressius iisdem insi-
stere decrevisset principiis, quæ in Ger-
sonis *Apologia nondum typis edita jam olim stabilierat*. Hunc itaque tracta-
tum Richerius, dissimulato tamen no-
mine suo Parisiis in primi curabat.

§. XLVIII.

*Deliberatio super hunc librum Facul-
tati ad tempus inhibita.*

Obscurus adhuc rumor de Richerii *Argentre*
libro typis edito per urbem voli- *collect. jud.*
tabat, cum jamjam anno priori de illo *t. 2. p. 60.*
inter Curiæ Patres, Ecclesiasticos, &
Facultatis Doctores pro affectuum di-
versitate etiam diversa essent judicia,
variaque ferverent molimina: Præpri-
mis vero Perronius Cardinalis, & Ubal-
dinus Papæ Nuntius plures Episcopos,
Prælatos, Cancellarium, & non pau-
cos Sorbonæ Doctores, atque inter eos
Gammachium Duvallium, aliosque ad
suas partes pertrahere nitebantur; aucto-
igitur eorum numero Cardinalis & Se-
dis Apostolicæ Nuntius Regem ac Re-
ginam accedentes declarabant, quod

G 2 nisi